NOS FERDINANDVS TERTIVS DIVINÂ FAVENTE

CLEMENTIÂ ELECTVS ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS, AC GERMANIÆ, HVNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ, SCLAVONIÆQ3 REX, ARCHIDVX AVSTRIÆ, DVX BVRGVNDIÆ, BRABANTIÆ, STYRIÆ, CARINTHIÆ, CARNIOLÆ, MARCHIO, MORAVIÆ, DVX LVCEMBVRGIÆ, SVPERIORIS ET INFERIORIS SILESIÆ, WIRTEMBERGÆ ET THECÆ, PRINCEPS SVEVIÆ, COMES HABSPVRGI, TYROLIS, TERRETIS, KIBVRGI, ET GORITIÆ, LANDGRAVIVS ALSATIÆ, MARCHIO SACRI ROMANI IMPERII, BVRGOVIÆ, AC SVPERIORIS ET INFERIORIS LVSATIÆ, DOMINVS MARCHIÆ, SCLAVONIÆ PORTVS MAONIS ET SALINARVM. &c.

HIS LITERIS PALAM TESTAMVR, CVNCTISQVE NOTVM FACIMVS: QVANQVAM ROMANÆ CÆSAREÆ MAIESTATIS AC DIGNITATIS, IN QVAM OMNIPOTENS NOS, IVXTA DIVINAM voluntatem suam, collocauit, & insitæ Nobis mansuetudinis ac benignitatis ictu, ad vniuersorum ac singulorum, Nobis, & sacro Imperio, et hæreditarijs nostris Regnis, Principatibus et Ditionibus subditorum ac fidelium honorem, cumulumenta, incrementa, et prosperitatem considerandæ et promouendæ, semper proniſumus: Indesinenter tamen Cæsareum animum nostrum longe frequentius affici et oblectari, si possimus gratiam et fauorem nostrum ijs impertire, et eorum statum in adhuc altiorem honorem ac dignitatem collocare, et Cæsareis nostris beneficijs ac priuilegijs eos donare et instruere, quorum maiores, ut et illi ipsi, ex vetusta, honesta, et ingenua stirpe orti fuit; quique bonis, ac nobilibus moribus, virtutibus et actionibus operam nauarunt suam; et Nobis, sacroque Romano Imperio, nostræ tum inclytæ Austriacæ Domui, continuis, fidelibus, et constantibus suis obsequijs præ alijs obedientiam suam probarunt. Clementer ergo respicientes animadvertentes et considerantes non solum honestatem ingenuitatem, nobiles et elegantes mores virtutes et discretionem quibus noster et Imperij dilectus et fidelis PAVLVS PINOCCI, quondam Josephi filius nostræ Cæsareæ Maiestati commendatus fuit: sed etiam fida et obedientissima obsequia, quæ non solum Antecessoris dicti PINOCCI, Romanorum Imperatoribj, Regibus et Archiducibj Sacratissimæ memoriæ præ dæcessoribus nostris; verum etiam nobis inclytæ nostræ Domui Austriacæ, ipse et nunc filij hisce adhuc durantibus grauibus et turbulentis belli tempestatibus varijs in occasionibj, demonstrarunt et exhibuerunt. Quam nunc

ut factor Laudabiliter commorando continuat demonstrat et Manifestat; prædicti etiam PINOCCI in promptissimo deinceps Nobis turi, vestrosq; omnes ad idem præstandum sedulo adhortaturi sitis. Ideo Nos motu proprio, ex certa scientia et notitia PINOCCI, hanc indulsisse gratiam, eumque tali donasse priuilegio, et una cum suis legitimis hæredibus liberis, eorumque hæredibus, et successoribus quibuscunque, et Ditionibus legitime natorum equestrium, in feudis et ludis circensibus partem habentium Nobilium statum ac ordinem modo et sensu, quasi ab atauis suis, tam quoad matris quam patris genus, in utraque linea, legitime nati feudorum ac ludorum circensium consortes et equestribus æquales Nobiles esset. In cuius Cæsareæ nostræ gratiæ et euectionis in statum et ordinem Nobilitatis maiorem confirmationem, fidem et memoriam. Nos supradicti PAVLI PINOCCI, pristinam parmam et insignia, sequenti forma approbasse corroborasse confirmasse, Laudasse: verum etiam ipsi PINOCCI, Legitimis suis hæredibj, liberis et illorum hæredis Hæredibus abhinc in perpetuum, hisce discerni et uti, clementer indulsisse et concessisse. Vt pote scutum in quatuor partes diuisum; cuius prioris partis superior et posterioris inferior pars flaua siue aurei coloris, in qualibet dicta scuti parte Aquila nigra vniceps et corona aurea coronata appareat; quæ in inferiore parte dexteram et quæ in inferiore vero scuti pars superior et dextræ siue prioris pars inferior cerulei coloris et in qualibet parte flauus siue aurei coloris phaleris siue Lacinijs utrinq; Cæruleis albicantibus et flaueis siue aurei coloris mixtim per modum sinuosi flexus mollifluas, siue aurei Coloris media alba et posterior cerulea erectæ cum superficie nonnihil dependentes prominent in prioris aperto et hianti rostro rubra emissa lingua videatur. Quemadmodum nobilis hæc parma et insignia in medio hoc diquari, et in statum ac ordinem Nobilium collocare, et nobilitare; collegio societati, et communioni nostrorum, et in sacro Romano Imperio, caterisq; nostris hæreditarijs Regnis, Principatibus, et Ditionibj, legitime natorum, in feudis et ludis circensibus partem habentium, equestrium Nobilium æquiparare: et huic expressam nobilem parmam, insignia, quibus ita discernatur atque utantur, absoluta authoritate Romanæ Cæsareæ Maiestatis, scienter, et harum vigore, ijsdem attribuere et largiri, Quinetiam statuere, velle, et decernere, ut ab hoc in posterum supra dictus PAVLVS PINOCCI, eius legitimi hæredis hæredes, mares et fœminæ, perpetuo et in omne æuum, sint legitime nati feudorum ac circensium ludorum consortes, et equestres Nobiles; et tales nominentur à cunctis, ubique locorum, in quibuslibet actionibj, negotijs, et rebus, seu ecclesiasticis, seu secularibj, pro talibus habeantur, colantur, nuncupentur, et inscribantur: etiam unaquæque beneficia, priuilegia, honores, dignitates, prærogatiuas jura, et jurisdictiones, vetera instituta, bonasque consuetudines seruare; ut et beneficia, in diœcesibus superioribus inferioribusue, præfecturis atque feudis acquirere, suscipere, obire; cum alijs nostris et sacri Imperij, nec non nostrorum hæreditariorum Regnorum, Principatuum, et Ditionum legitime natis feudarijs Nobilibus, in ludis circensibus equitare; feuda et alios quoslibet juridicatus atque fora possidere, lites cognoscere et decidere; talia denique et quascunque alias res, actiones, et negotia, quorum usus Nobilibus antiquitus fuit, ac in posterum esse potest, in et extra forum, cæu. digni, participate, et occupare, et adhuiusmodi apti, idonei, habiles, et utiles esse; tum et omnibus ijs, una cum supra descripta nobili parma et insignibus, inquibusvis honestis, ingenuis, nobilibus causis, actionibus et negotijs, scrijs, sue dicerisque in præliijs, hostili impressione, conflictibus, pugnis, ludis circensibus, duellis, velitationibus, ludisque stribus, campestri expeditione, nobilium euocatione, seu feudorum lustratione, castris metandis, gemmæ [illegible] signationes, cimelija, sepulturis, picturis, denique ubique gentium, prout honoribus eorum parebit, eorumque necessitas, voluntas, ac beneplacitum feret, uti et frui debeant, et possint, [illegible] feudorum ac circensium ludorum consortes Nobiles uniuersa hæcce obtinent, ijs gaudent, vtuntur, ac fruuntur, tam de jure, quam consuetudine; etiam cera, rubra, utentur nemine prohibente. Juxta hæc ergo, omnibus et singulis Electoribus, Principibus, Ecclesiasticis ac secularibus Præla[illegible]omitibus, Baronibus, Dynastis, Equitibj, Militibus; terrarum juxta Marescalcis, et Colonellis, atque Satrapis; Centurionibus, Vice-præpositis, Præfectis, Curatoribus, Administratoribus, Officialibus, terrarum Judicibus, Prætoribus, Consulibj, Scabinis, Consiliarijs, Ciuibus, Communitatibus; denique omnibus alijs nostris et Imperij, etiamque hæreditariorum Regnorum, Principatuum atque Ditionum nostrarum, Subditis atque Fidelibus, sint cujuscujus dignitatis, status conditionisve, serio et stricte præsenti diplomate mandamus; Volumusque; Vti sæpe dictus PAVLVS PINOCCI, eiusque legitimi hæredes liberi, ac horum hæredis hæredes, mares et fœminæ, perpetim et in omne æuum, ceu alij nostri, sacrique Romani Imperij, etiamque hæreditariorum, nostrorum Regnorum, Principatuum, et Ditionum legitime natorum feudorum et ludorum circensium consortes Nobiles, in equestribj, ludis, in ecclesiasticis et secularibj, ordinibj, diœcesibus, et quibuslibet alijs negotijs, recipiantur, ferantur, admittantur, digni æstimentur, colantur: neque in ullo hactenus enumeratorum Cæsarearum beneficiorum nostrorum, et collationum, non in priuilegijs, honoribj, dignitatibj, prærogatiuis, juribus, jurisdictionibus, consuetudinibus, Societatibus, communionibus, vel hac ipsa, cuectione in ordinem et Statum Nobilium, ceu quoque supra posita nobili parma et insignijs, obstacula habeant, offendanturue; sed in quibuslibet nobilibus negotijs et actionibus, intra et extra forum, illis uti frui, omnino et absque molestia sinantur; ceu ullus contra deliquat, vel alij deliquj permittat; nullo pacto; siquidem nostras et Imperij grauissimas ingratias atque pœnas, mulctam præterea, quinquaginta marcarum auri puri cuitare consultum videbitur. Quius mulctæ, quoties quoties contumaciter aliquis contra hæc deliquerit, dimidiam partem Nobis in nostram et Imperij Cameram; reliquam pluries dicto PAVLO PINOCCI, suisve legitimis hæredis hæredibus sine ulla remissione dependere, damnas esto: et ita quidem, ne alijs hæc, eaumdem, si [illegible] ve fortasse nobilem parmam et insignia gerentibus, in suis parmis et juribus præjudicio vel damno sint. Sub firmamente harum manu nostra, Subscriptarum, et Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datarum in Ciuitate nostra Viennæ Austriæ Anno post Christum natum Millesimo Sexcentesimo quadragesimo tertio die 4ta Mensis Januarij Regnorum nostrorum Romani Septimo Hungarici Decimo Octauo Boemici vero decimo 6to.

Transumptum hec à suo Originali integro d[illegible]
fidem manu propria subscripsi, et consue[illegible]

Paulus Rafaël à Nitschen Protonotarius Apostolicus, authoritate Pontificia ac Imperiali Comes Palatinus, Auratæ Militiæ Eques, Ecclesiarum Stⁱ Stephani Viennæ nec non Collegiatæ Stæ Crucis Viennensis respective Præpositus, Senior atq; Canonicus &c.